

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Liberalitas f  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Liberalitas f:

Si adiuues eum qui

possessiones aliorum eripere conatur,  
non probatur largitas.

Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantiae causa  
magis quam misericordiae largiaris.

Ambrosius libro I. de officiis.

Fons proximus:

Unde et Ambrosius dicit, in I *de Offic.*:  
*Si adiuues eum qui*

*possessiones aliorum eripere conatur,*  
*non probatur largitas.*

*Nec illa perfecta est liberalitas, si iactantiae causa,*  
*magis quam misericordiae, largiaris.*

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 117.1.resp.3 (P. Caramello ed., pp.533-4).

Fons primus:

Non est haec probabilis liberalitas  
si adiuues eum qui  
aduersus uiduam et pupillos graui  
decernit iurgio aut ui aliqua  
possessiones eorum eripere conatur.  
Non probatur largitas  
si quod alteri largitur alteri quis extorqueat,  
si iniuste quaerat et iuste dispensandum putet;  
nisi forte ut ille Zachaeus reddas prius ei quadruplum  
quem fraudaueris, et gentilitatis uitia fidei studio et  
credentis operatione compenses.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.30.144-5  
(CCSL 15, M. Testard ed., p.52, ll.16-22).

Nec illa perfecta est liberalitas si iactantiae causa  
magis quam misericordiae largiaris.

Adfectus tuus nomen imponit operi tuo:  
quomodo a te proficiscitur sic aestimatur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1.30.147  
(CCSL 15, M. Testard ed., p.53, ll.30-31).